

*tis. elysabeth nomine. cum qua et per quam spiritus sanctus — mirabiliter operatur — reuelationes quas accipit. ab eius fratre Germano (Egberto postea secundo Coenob. Schönau. Virorum O. S. B. Abbate) uiro nimirum doctissimo describuntur. Congessit igitur hic ea etiam, quae Deus Sorori de inventis his Corporibus patefecit, in Opusculum. Quod cum legissem, prosequitur Noster, et cum illa prisca (passione) Sanctarum Virginum contulisset. animaduerti scriptorem illius non quidem dissona his scripsisse. sed plura quae memoratu digna fuerant pretermisisse. — Visum est ergo mihi de duobus opusculis unum conficere &c. Atque haec de Libelli Historia, qui incipit: *Post passionem et resurrectionem domini saluatoris. cum sagena uerbi dei fluctibus huius seculi immissa* &c. et post se Titulos habet, qui cum sanctis corporibus inventi dicuntur, puta *Cyriaci Papae, Vincentii Card. Pantuli Ep. Basileens.* &c. De Libello ipso post *Sirmondi, Pagii, Launoji, Bailleti, Usserii*, aliorum de XI. Virginum Millibus iudicia non est, quod memorem.*

CCXXXIII.

VIII H. 17

746

Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 133. 8. non una manu luculente exaratus, et rubricis distinctus complectitur frequentia: I. Excerpta ex Operibus *D. Augustini*, puta: *ad Petrum Diac. de Fide, Enchiridio*

Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

*ad Laurentium, contra Parmenianum Donatistam, Confessionibus* &c. quorum prima ceteris prolixiora.

II. fol. 33. sequitur Tractatus minio inscriptus: *Dominus Lanfrancus contra heringarium (Turonens.) catholicę ecclesię aduersarium, de Corpore videlicet et Sanguine Domini, quem in nota controversia elucubrauit Autor tunc Abbas S. Stephani Cadomensis, et deinceps Cantuariensis Archiep. usque ad an. mortualem 1089. Initium: Lanfrancus Misericordia Dei Catholicus. Berengario catholice ecclesie aduersario. Si diuina pietas cordi tuo inspirare dignaretur &c. Finis: et uerus est sanguis quem potamus.* Post alias complures Editiones compareret in *Lanfranci Operibus a Luca Dacherio Paris. 1648. f. vulgatis p. 231. Altera Berengarii Confessio ibid. p. 233. quam a Lanfranco Tractatui suo tardius insertam censet Dacherius, cum Pericope antecedente et consequente non magis reperitur in nostro Codice, quam in iis, quos in Praef. nominat Dacherius. Sunt tamen in eo lectiones aliquae, quas hic fortassis adoptasset. Ita in ingressu Noster habet: *multum fortasse tibi, procul dubio autem plurimum consuleres his* &c. ubi *Dacherius plurimum* omisit. Dein, ubi hic edidit: *euenire e duobus alterutrum*, Codex ponit *euenerit*, rectius, sed legendum putem *eueniret*. Mox pro *ad ueram fidem* in Cod. est *ad ueram uitam* &c.*

B b b

III.

III. fol. 62. Fragmentum Opusculi S. Bernardi Abb. de *Gradibus Humilitatis et Superbiae*, quod incipit: *Humilitatis talis potest esse definitio &c.* quae verba sunt C. I. n. 2. edit. *Mabilon. Paris. 1690. Vol. I. col. 560.* f. Abrumpitur in verbis: *humilibus ergo dat gratiam*; quae ultima sunt C. II. *ibid.* et continenter succedit

IV. fol. 64. Fragmentum longè prolixius ejusdem Bernardi de *Gratia et libero Arbitrio*, praepostere scriptum; incipit enim: *Est gemina compulsio secundum quam &c.* a quibus verbis initium ducit n. 40. C. XII. edit. *cit. col. 619.* Epistola praevia ad *Guilelmum S. Theoderici Abb.* primum comparet sub finem fol. *Codicis 83. p. 2.* quam excipit *Tractatus* initium usque ad verba: *Prudentiores filii huius seculi —*. Finis vero: *quos inuenit bos et magnificauit*; jam fol. 70. p. 2. praecesserat.

V. fol. 86. p. 2. *Tractatus* Epistolaris, cujus argumentum mox ab ingressu ita declaratur: *Multi litterati quidem sed sacre legis minus periti opinantur clericum post susceptum monasticum propositum non esse clericum. Et quia non legerunt uel non intellexerunt orthodoxorum patrum super hoc scripta. est eorum insensata sententia et indocta doctrina quod monastica professio clericalis officii sit peremptoria. quasi conuersatio monachi sit degradatio clerici.* Initium est ejusmodi: *Magistro H. Viro illustri I. bruui-*

*ningensium fratrum ultimus. plus utilibus quam subtilibus sententiis operam dare. Qui secundum euangelicam et apostolicam doctrinam prudenter simplices et simpliciter prudentes &c.* Bruuininga, Prufeninga, Prüssing vetustum *Baioariae* Coenobium est in Dioec. *Ratisbon. O. S. B.* unde et Noster *Chunonis* Episcopi meminit *felicis memorie*, cujus tempore ait *beresin satis uentilatam et satis confutatum* hanc: *Presbiter qui uel occulte lapsus est officium suum amisit. quod non reddatur ei ab episcopo. Si missas celebrauerit non poterit corpus christi conficere. quia caret officio.* An *Cuno I.* mortuus 1130. an *Cuno II.* mortuus 1185. designetur, haereo, quanquam in I. propendeam. Hinc Coenobitae nostri aetas intelligitur, qui nec ingenio, nec sacra eruditione caruit. Pertractat uero is praeter argumentum supra expositum sequentes etiam Quaestiones: *Si sola uoluntas faciat clericum. si sanctimoniales feminae et monachi cum unam habeant S. Benedicti regulam etiam unam debeant habere clausurae custodiam. si monacho liceat habere uocem predicationis in ecclesia.* Edidit *Tractatum* hunc *Bern. Pezsius T. II. Thes. Anecd. P. II. col. 505.* sub nomine *Idungi ad Herbordum* ex unico Cod. *S. Emmerami*, unde Autorem *Emmeramensem* suspicatus est; legit enim in *Inscriptione: Idungus pauperum Christi minimus pro I. bruuiningensium fratrum ultimus.* Ille itaque Nomen, nos *Asceterium* restitui-

757

## P A T R I S T I C I

758

mus. Vide ejus *Differt. Isag. T.*  
II. p. 31.

VI. fol. 119. Carmen con-  
flans versibus 100. quo Poeta

*Cum bene perpendo quis sim. mala semper agendo  
Nunquam cessando. sed prisca novis cumulando  
Tunc me præteritę confundit ineptia uite.  
Et lacrimas fundo. sic ore loquens tremebundo &c.*

Episcopum fuisse autorem haec, quae de se ait, produunt:

*sublimatus per honorem pontificatus.  
Cuius honoris onus multo fero crimine promus.*

Unde in *Marbodum Redonens.* in-  
clino, quamvis *Carmen* nostrum  
*Beaugendreum Marbodi* cum *Hil-*  
*deberto Cenoman.* editorem, Pa-

*ris.* 1708. f. fugerit, eo magis,  
quod continuo

VII. fol. 121. p. 2. sequitur  
*Carmen De Jona Propheta Dei:*

*Uos qui nescitis nunc discite de niniuitis &c.*

quod in edit. cit. inter *Marbodia-*  
*na* legitur col. 1579. sed non

paucis erratis foedatum, quae  
*Codicis* ope tollam:

Editio:

Codex:

refer illis propria vera.  
fugiensque desinat ergo.  
Nuntius interitus, fatis foret un-  
dique tritus.  
Vel gladio stratus.  
Qui non sibi tutus obedit.  
Cur jacet ante minas.  
medicus, petat ut sibi potum.

*refer illi tristia uera.  
fugientis, desinat ergo.  
Nuncius ingratus saxis foret illico  
stratus.  
Ad gladiumve datus.  
Qui non huic totus obedit.  
Cur jacit ante minas.  
Petat ut medicum sibi potum.  
Poeniteatque uolens quę portat cri-  
mina nolens.*

fic in æquore.  
Rurfus ima cadit.  
Cynthia paret.  
Non paret ulla salus.  
Undique triste sonat.  
Cum postmodo sis periturus.

*fit in equore.  
Rurfus in ima cadit.  
Cynthia claret.  
Non patet ulla salus.  
Undique triste tonat.  
Quasi non sis iam periturus.*

759

C O D I C E S

760

Jam — quamuis mala tanta.  
 Quasi sit homo tua proles.  
 Uomit insons bellua.  
 Urbem marcet impia clades.  
 Rex quoque quod fecit.  
 Pro cognitione reatus.  
 Dolor anxius omne cor angat.  
 Ne figat vulnera passos  
 Infuper — propria culpa.  
 Suppliciis parcens.

Quae qui expenderit, pro Codi-  
 ce pronunciet, necesse est

Nam — quæ uis mala tanta.  
 Ueluti sit hec (homo) tua proles.  
 Uomit illum bellua.  
 Urbem manet impia clades.  
 Rex quoque quid fecit?  
 Pro conditione reatus.  
 Cor omne suus dolor angat.  
 Ne figant uulnera passos.  
 Et super — quos iam sua  
 Supplicibus parcens.

VIII. fol. 125. Poema ekeber-  
 ti Sconaugiensis abbatis. Versuum  
 300. Init:

*Iesum nulla tibi mea mens oblivio tollat.  
 Nulla tibi dominum uel blanda uel aspera tollant.  
 Dilige iesum querito iesum mens mea solum.  
 Dulcius illo suauius illo nil habet orbis. &c.*

Atque ita in laudando, defide-  
 randoque Servatore, ad cuius

etiam Matrem digreditur, totus  
 est Noster, dum finiat:

*Mente ueni placida Iesu facieque serena  
 Omnibus appare populis sperantibus in te.  
 Et tua nobiscum sit pax in fine dierum.*

Nullibi memorari video Metrica  
*Eckeberiti*, nisi *Tritbemius* in  
*Script. Eccl. n. 403.* per *Laudes*  
*Saluatoris*, quas ei tribuit, Poe-  
 ma nostrum intelligat. Ascetica  
 quaedam illius habes in *Bibl.*  
*Ascet. Bern. Pezii T. VII. a p.*  
*13.* Alia enumerat *Fabricii Bibl.*

*med. Lat. L. V. v. Ecbertus.*  
 Floruit uero hic circa an. 1160.  
 ante Monachatum *Bunnensis* Ca-  
 nonicus, et S. *Elisabethae* Abb.  
*Schönaugiensis* Frater germanus.

IX. fol. 130. Carmen ver-  
 suum 135. inuectivum in Luxu-  
 riam, hoc initio:

*Hec Engelberto uirtutum flore referto  
 Indigni quamuis deprompsit lingua iohannis.  
 Nobiliter nec inutiliter nos sacra piorum  
 Uerba monent et facta docent de lege bonorum &c.*  
 et fine: *Eterne flamme sub tetri sulphuris amne.*

761

P A T R I S T I C I

762

Neque de *Johanne* autore, nec de *Engelberto* certi quid dicere habeo.

X. fol. ult. *Epytaphium magistri Anselmi*. Adde *Laudunensis*. Hujus enim Sepulcrum *Lauduni*

*Conditur hoc tumulo celeberrimus ille magister Anselmus &c.*

Integrum etiam legitur in *not. Andr. Quercetani ad Hist. Calamit. Petri Abaelardi* p. 1163. et in edit. *Opp. Hildeberti Cenom.* supracit. col. 1321. ubi pro *Anselmo* habes perperam *Ansellum*, quem *Beaugendreus* Cantorem S. Sepulcri *Parisiis* fuisse hariolatur.

Adtexta est nota illa de B. V. Antiphona: *Salve Regina misericordie &c.* quam alii ad *Hermannum Contractum*, alii ad *Gregorium II.* ad *S. Bernardum*, ad *Petrum Compostellanum*, aut *Adhemarum Podiensem* Episcopos referunt, ut est apud *Celfiff. Gerbertum de Cantu et Mus. sacra* T. II. p. 37.

*Omnipotens omnem ueniens illuminet orbem. &c.*

*De Nativitate totidem:*

*Omnibus ornatus tribuat de virgine natus. &c.*

*Cotidiane XXXII.*

*Alma pii patris benedicat dextera natis. &c.*

*Euangelistarum IV.*

*Gaudia summa dei capiamus ab ore mathei. &c.*

a. 1117. ita in scriptum fuisse adferitur *Galliae Christ. T. IX. col. 560*. Sunt vero ibi Versus 10. quorum Codex tantum 4. primos exhibet:

CCXXXIV.

VIII C. 17.

Codex membraneus lat. Sec. 366 XIII. Folior. nunc 101. f. per duas columnas nitide scriptus, rubricisque enotatus, olim *Monachorum congregationis S. Justine alias Vnitatis pro Monasterio S. Justine de padua*, ut fol. 1. et 66. dicitur, continet: I. Excerpta ex *Augustini Libris de Civitate Dei, de Doctrina Christ. de Trinitate, contra Faustum Manich.* et pluribus aliis. Sequuntur

II. fol. 18. p. 2. *Benedictiones* pro horis Canonicis singulis Hexametris redditae. Sunt vero de *Aduentu XII.*